~~Nº 14 Litra A Lig. 35 fol 122~~

234. Leg. 1 Letra P, n. 55

S.D. 27-1

P.1832/5

Traslado de los privilegios y libertades tiene Oropesa

Traslado authorizado por Pedro de la Bega Ynfanzon sso. Rl. del Privilegio que conzedio el Rey Dn. Fernando de Aragon paraque en los Montes de Oropesa pudiesen fabricar una fortificacion contra Ynfieles, y en ella una Capilla dado en la Ciud. de Balgario à 25 de Septre. de 1020, extan las confirmaciones del Rey Dn. Alfonso de Aragon y del Rey Cathólico hechas a los Ps. Agustinos.

Leg. 6. Numº 2

año 1521

+

Hoc est transumptum bene et fideliter factum in Ciui
tate Ilerde decima octaua die mensis ffebroarij anno
a natiuitate domini millesimo quingentesimo primo
sumptum a quodam publico regio gratie instrumento
manu excellentissimi et potentissimi domini Regis
Castelle et Aragonum signato sigilloque regio in cor
dulis sericis diuersi colorum impresso et cum signo ac
registrata cuius quidem instrumenti tenor talis est
Nos ffernandus dei gratia Rex Castelle Arago
num legionis sicilie toleti valencie gallecie maioricarum
hispalis Sardinie Corduba Corsice Murcie giennis
Algarbij algezire gibraltaris Comes barchinone dominus
bizcaie et moline dux athenarum et neopatrie Comes
rossilionis et Ceritanie Marchio oristani Comesque gociani
vidimus priuilegium per serenissimos Reges ffer
dinandum auum et Alphonsum patruum prede
cessores nostros memorie immortalis quibusdam fratribus
qui tunc monasterium quoddam reperant construi seu
eligi facere in summitate rupis siue montanee capitis
de oropesa sindiocesi dertusensi concessum et confirma
tum seriey sequentis. Nos Alphonsus dei gra
tia Rex Aragonum sicilie valencie Maioricarum
Sardinie et Corsice Murcie giennis Algarbij Algez
ire Gibraltaris Comes Barchinone et etiam Comes

Rossilionis et Ceritanie Inter alia opera meritorum
que ad gloriam paradisi nos Invitat ut In montis ca
cumine positi veteris estiamne exemplar templorum
dimnorum tote posse amplectimur structuras. cum
sint hec illa In quibus xpi militum vigilie psalmorum
exibere adversus exercitum babilonis ad dei laudem
et gloriam Iugiter exercentur. Sane quia per vos
religiosum et dilectum nostrum Guillermum framoli
magistrum In sacra theologia hordinis fratrum heremi
tarum sancti Augustini qui de et cum consensu nobilis
et dilecti nostri Ianfredi de thous militis mius esse di
citur Castrum et locus de Oropesa In riparia maris
dertusensis diocesis constituti monasterium quoddam vie
religionis fratrum heremitarum In quadam turri
et basilica de nostris consensu et licencia fieri ceptis
In summitate rupis sive montanee capitis de oropesa cons
trui et edificari facere dei sufultus adiutorio cogitatis
fuit maiestati nostre humiliter supplicatum ut Cartam
huiusmodi serie / Nos Ferdinandus dei
gracia Rex Aragonum Sicilie valencie Maioricarum
Sardinie et Corsice Comes barchinone dux atenarum
et neopatrie ac eciam Comes Rossillionis et Ceritanie
Inter amabiles rei publice curas multiplices que di
vina favente gracia sub medietatis cogitacionis In

dagine perpeti die nocteque gratissime revolvuntur
existit summo tenus cordi nostro regio et corporum
et bonorum fidelium subditorum nostrorum affluendis peri
culis preservacio salutaris. Sane percepimus quod
In Capite dicto vulgariter de oropesa quo ut fertur
celse rupis undique Inter latentibus lubricis receptaculis
equoribus tenent rippas et rostra exhibent ipsis ab hiim
dis quibus Insunt In proterum dilatata eisdem que In saxis
caverne plures hinc Illincque contra contana Ingressus
abditi peribentur Inesse quibus passim perfidi agareni
senne preatiam exercendo se occultare galeis et galeotis
quibus vehuntur molientes In nostros naturales et subditos
aliosque transitum cum vasis maritimis facientes perinde
sic tute presto et Indubie egredimuntur quod ab annis citra viginti
quod mesta recordacione proferimus multa milia xpianorum
per plurium nostre dicionis aliarumque gencium exterarum
marium videlicet atque feminarum captiva ad partes barbarias
et alias quas nefandi mahometi secta contaminantur duxerunt
meres preterea sotalia et aroma vasaque maritima et alia plura
bona que non possent extimacione subiri In nostrorum et aliorum
depauperacione fidelium loca Insuper Inibi convicina que
hominum solebantur accolatibus et Incolis fidelibus terras uberes
Insolencium ac fecunda novalia necnon vineta peramena et
arbores diversorum generum fructus afferentes placidos

per insidiosos raptus eorum habitatoribus vacuarunt resti-
terunt et inuiti extant Castra turres et menia domus
hac edificia integra que pro hominibus apros panteras
atque lupos et simia et pro domesticis avibus vulteres
cervos et noctuas funesto commercio permutarunt. Sed
quid longius evagamur nemine fertur partes illas
posse sitas oculis intueri nullumne absque singultibus
et cordis attraccione cogitare tot milia hominum christia-
norum et mulierum virginum pupillorum et lactancium
partibus illis quondam raptorum sub perfidis et trucu-
lentis agarenis acerbissima servitute detenta. Nos
igitur qui ad regnorum gubernaculum predictorum divina
favente gracia pervenimus tantis volentes discrimini-
bus obviare et terras atque loca nostre dominacionis sub
tuto constituere presidio que in dicto capite fieri credi-
beneficia huiusmodi provisionis nostre iam accessuras
audivimus sanctissimi domini nostri pape et aliorum pias
christi fidelium largiciones tenore presencium concedimus
et plenam licenciam elargimur universis et singulis subditis
nostris huiusmodi pium opus agere vel exercere volentibus
quod liceat eis in primis sine preiudicio nostri et nobilis Jan-
fredi de Thous militis possessoris loci de Oropesa et alterius
cuius vis construere edificare et erigere in dicto Capite
de Oropesa in illa scilicet parte capitis dicti que illis
aptior et comodior visa fuerit unam turrim cum

cum capella sive basillica ac edificiis forte et fortibus
in ea de quibus possint et valeant prospici et speculari
et videri vasa quelibet maritima amicorum ac
eciam inimicorum que ad maria pervenerint eidem ca-
piti et eiusdem pertinenciis adiacencia ut per habitantes
in dictis turri et aliis edificiis supradictis possint et
valeant nostri fideles subditi et alii tam per maria ipsa
transitum facientes quam in terra sistentes de inimicis
si ad dicta maria pervenerint vel in abditis supradictis
occultaverint se secreto intimari certificari et ad-
hauisari possint eciam ad turrim et fortalicia predicta
refugere et inibi contra dictos inimicos opes ac suffragia
dictorum fortaliciorum et habitancium in eisdem se defendere
et tueri ad cuius quidem turris basilice et fortalicii cons-
truccionem et in eisdem habitancium sustentacionem va-
leant et possint libere et impune non obstantibus quibusvis
hordinacionibus ~~hordinacionibus~~ vel prohibicionibus nostris
per homines civitates villas et castra et alia quevis loca nostre
dicionis ministri procuratores vel nuncii turris basilice
bacines en yglesias — et fortalicii predictorum elemosinas querere postulare
et habere et in ecclesiis eorundem bacina continue tene-
re ad predictas elemosinas postulandas. Et nos volentes
tam laudabili operi tamque meritorio participes esse predictam
turrim basilicam fortalicium et edificia inibi construenda omnesque
et singulos in eisdem habitatores ministros et procuratores
nuncios ac alios homines ministerio dictorum turris basilice

et fortitudinis vaccaturos sub nostra proteccione et gui
datico speciali ponimus et constituimus. Ita quod nullus de
nostri gracia vel amore confidens audeat vel presumat per se
+ guiatge vel alium aut alios palam quomodolibet vel occulte dictas
turrim bastitam et fortaliciam earumdem atque habitatores
in eisdem vel procuratores nuncios aut ministros seu
bona eorumdem invadere ledere rapere detinere pig
norare etiam vel marcare in ipsa racione vel debito alie
nis nisi in eisdem principaliter aut fide iussorio nomine ipsi
fuerint obligati neque etiam in huiusmodi casibus nisi
inguarentum ius et racio fieri hoc permittant. atque etiam
ipsis aut alicui eorum dampnum vel malum in personis seu
bonis facere vel inferre aut iniuriam offensam vel vio
lenciam verbo vel facto aliqualiter irrogare ipsis tamen
querelantibus de eisdem facientibus prout debuerint ius
ticie complementum / Mandantes per
hanc eandem inclito et magnifico Infanti Alphonso
Illustri primogenito nostro Carissimo et in omnibus
Regnis et terris generali gubernatori et post dies
nostros felices deo propicio legitimo successori sub pa
terne benediccionis obtentu omnibusque et singulis eius
vices gerentibus baiulis iusticiis iuratis et aliis quibus
cumque officialibus et subditis nostris sub nostre ire
+ pena et indignacionis incursu et pena mille florenorum
auri nostro erario si contra fecerint applicandorum

exhigendorum que ab eis et eorum bonis absque aliquo ius
remissionis quatenus predictam nostram licenciam gra
ciam et concessionem proteccionem et guidaticum supra
dictos et omnia alia et singula supradicta teneant
firmiter et observent in aliquo non contraveniant aut
aliquem contra venire permittant aliqua racione si iram
et indignacionem nostram et penas predictas cupiunt evi
tare In quorum testimonium presentem fieri iussimus nostro sigillo
minori appendenti munitam cum sigilla nostra maiora nondum
habeamus in promptu. Datum in obsidione Civitatis
25 7bre de Balaguarii vicesima quinta die Septembris anno a nativitate
1413. domini Millesimo quadringentesimo tercio decimo
+ Confirmacio/ regnique nostri secundo / Rex Fferdinandus [illegible]
solita clemencia et debito caritatis confirmare et ad subscripta
ampliare etiam dignaremur / Nos vero tam pium opus
sacratissimumque et meritorium pro ut convenit cordialiter
amplectentes ut eidem participes esse mereamur cartam
regiam preinsertam et omnia et singula in ea contenta
laudamus approbamus confirmamus et nostre confirmacionis
presidio ex certa sciencia roboramus et ea omnia et singula
etiam de novo concedimus ad cautelam /. Mandantes per
hanc eandem eandem gubernatoribus iusticiis iuratis
vicariis baiulis et aliis quibuscumque officialibus et
subditis nostris eorumque locatenentibus presentibus et

pena

futuris sub nostre ire et indignacionis incursu ac pena
Mille florenorum auri nostro applicandorum erario
quatenus Cartam nostram regiam preinsertam ymmo
graciam concessionem proteccionem et guidaticum continente
et omnia et singula in ea contenta in quibus et eorum
singulis respectu dicte turris basilice et fortalicij et
edificiorum supra concessis et indultis dictam de novo cons
tenendum monasterium et omnes fratres et habitatores
ministros procuratores bacinarios et nuncios et omnes alios
ministros dicti monasteri turris basilice et fortalicij
tam presentibus quam absentes futuros et eorum
bona quecumque etiam opere edificiorum perfecto / Et
tam quo ad refeccionem et victum dictorum fratrum
quam quo ad sumptus operum edificacionis et etiam reparacio
nem predictorum intelligi volumus et expresse etiam con
prendi teneant firmiter et observent tenerique et ob
servari faciant inviolabiliter per quoscumque et si aliquo
non contrafaciant vel veniant aut quecumque contravenire
permittant aliqua racione vel causa si penam predictam
cupiunt evitare quinimmo officiales vestri si et cum requi
siti fuerint proteccionem salvaguardiam et guida
ticum et alias quascumque concessiones et gracias eisdem
Monasterio fratribus et alijs etiam supradictis

concessas et indultas faciant per loca solita etiam publice
intimari taliter quod effectum et construccio et etiam re
paracio et sustentacio dicti monasterij turris et inibi
habitatorum et aliorum predictorum beneficijs et subsidijs
Christi fidelium fieri valeant celeriter et compleri. In
cuius rei testimonium presentem Cartam fieri
iussimus nostro sigillo pendenti munitam. Dat. in
Civitate Turolij nona die ffebroarij anno a natis
domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo
octavo Regnique nostri tercio decimo / Rex

\+ confirmacio / Alfonsus / ffuit quod maiestati nostre pro parte
vri religiosorum et dilectorum nostrorum fratris Micha
elis Pisades et fratris Johannis Sparta hordinis sancti
Francisci qui ut accepimus fabricam dicti monasterij
supresemnarum cum ingenti devocione prosequuntur et
ad optatum finem ducere peroptant humiliter suppli
catum ut privilegium preinsertum et omnia et singula
in eo contenta laudare aprobare ratificare confirmare
et de novo quatenus opus esset concedere de benignitate
nostra dignaremur / Nos vero tam sancto et pio
operi favere volentes supplicacione ipsa benigne ad
missa tenore presentis de nostri certa sciencia et consulto

privilegium preinsertum et omnia et singula in eo
contenta preterque guidaticum in eodem privilegio
contentum quod quia posset preiudicium aliquibus
inferre et in operibus construendis nihil quod aliorum
noceat vel preiudicet admitti seu comiti debeat vobis
dictis fratribus et ceteris etiam qui dedicta fabrica
omnis suscipiente in futurum laudamus aprobamus rati
ficamus confirmamus et denovo etiam quatenus opus
est concedimus nostreque huiusmodi laudationis apro
bationis ratificationis confirmationis et nove concessionis
munimine roboramus prout melius ac tenus privilegio
preinserto dempto tamen expresse dicto guidatico vos fuistis
et estis quocirca Illustrissimo Johanni principi astu
riarum et gerunde primo genito nostro carissimo ac in
regnis et terris nostris Castelle et aragonum
post felices et longevos dies nostros inmediato heredi
et successori nostro sub paterne benedictionis obtentu dicimus
Infantisque Illustri infanti Enrigo locumtenenti generali
gerenti quoque vices nostri generalis gubernatoris
in principatu Cathalonie ceterisque universis et singulis
officialibus et subditis nostris presentibus et futuris

ad quos spectet et cuilibet eorum et signanter vicario
baiulo subvicario et subbaiulo Civitatis Dertuse dicimus
et mandamus sub nostre gratie et amoris obtentu penaque
pena / florenorum auri aragonum decem Mille a quo
libet contrafaciente exigendorum et nostro aplican
dorum erario quod privilegium insertum excluso ta
men dicto guidatico et nostram huiusmodi ipsius lau
dationem approbationem ratificationem confirmationem
et novam concessionem hac omnia et singula in presenti carta
contenta ad unguem teneant et inviolabiliter obser
vent et faciant per quos deceat observari prout quanto
dictus Illustrissimus princeps nobis obedire ceteri vero
preter ire et indignationis nostre incursum preappositam
penam cupiunt evitare In cuius rei testimonium
presentem fieri iussimus nostro communi sigillo
impendenti munitam. Datum in nostro regali
palatio Civitatis Valentie die tricesima prima marcii
anno a nativitate domini Millesimo quadrin
gentesimo octoagesimo octavo Regnorumque nostrorum
videlicet Sicilie anno vicesimo primo Castelle et
legionis quinto decimo Aragonum vero et aliorum

derimo / yo el Rey. V. ponc R. V generalis
thesaurarius et pro Rege / Sig+num mei
Gasparis robio habitatoris Ciuitatis Ilerde Aucte
regia notarij publicij per totam terram et domina-
tionem Serenissimi domini Regis Aragonum
huiusmodi translati testis / Sig+num
mei pauli roger ciuis et habitatoris Ciuitatis
Ilerde publici aplica et regia Auctoritatibus nota-
rij qui huic transsumpto pro teste me subscribo
Sig+num mei Bernardi cartases Ciuitatis
Ilerde Auctoritate Regia notary publicij per
totam terram et dominationem Illustrissimi et
potentissimi domini Castelle et Aragonum Regis
Qui in preditum transumptum a suo instrumento
grane regie manuque sua subsignato et suo sigillo
sigillato non viciato non cancellato nec in aliqua
sui parte suspecto una cum prenotatis connotarijs meis
abstraxi et cum suo originali instrumento grane
ut melius potui nichil addito nichilque remoto
quod factum substantiam mutet per alium scribi

feri et clausi actum comprobavi / X



Sig+num mei petri de la bega
infancionis habitatoris
ville de fraga regia
Aragonum Auctoritate
Regia notarij publici per
totam terram et domina-
tionem Serenissimi et Illustrissimi
domini Aragonum Regis qui supradictam co-
piam a quoddam transumpto pargameno scripto
extraxi et manu mea propria scripsi et in fidem et
veritatis meo quo utor in publicis signo signavi. X

Oropesa.

Privilegio, para fundar una fortaleza. contra infieles.

Leg. 6. N. 1

GOBIERNO DE ARAGÓN